

progenitorum in natos natorum , & qui nascuntur ab illis, usq; in omnem posteritatem traduci, ob id imitatu facilia fore. Superuacaneum duxi me Garzonis laudibus intendere, cum ipse suo splendore sic resulgeat, ut id moliens, facibus Soli lumen addere uiderer.

IOANNES GAR-  
ZON BONONIENSIS, ILLVSTRISSIMO  
FEDERICO DVCI SAXONIAE,  
THVRINGORVM ET MIS-  
SINENSIVM PRIN-  
CIPI S. P. D.



Emper meæ cōsuetudinis fuit illustrissime Princeps, ut qui omnem operam atq; inge nium ad uirtutem contulissent, hos amplissimis laudibus prosequerer. Haud enim scio quid uirtute præstantius in rebus humanis inueniri queat: quando qui eam possident, soli sunt diuites: soli fruuntur rebus sempiternis: quod si qui urbis præsunt, ea fuerint prædicti atq; ornati. Hos non cum summis uiris comparo, sed simillimos deo iudico. Plus

AD F  
ter centum  
mus tua fa  
dī immor  
Hanc iao o  
nates, cum  
lectio glad  
uis, & Ar  
nacha dec  
mlocatus q  
infinitus, sec  
lina uxore  
et Vaifelh  
hereticorum  
futor, lib  
quaquam d  
le paenit  
atus est, s  
benus oer  
peratoribus  
uerius Mc  
(qui hod  
tationa se  
fuerunt si  
detata est  
uorant.)  
Germania

ter centum anni aguntur, Italiam cum nobilissimæ dominus tuæ fama peruersit. Nam ut à Federico illo quem dñ immortales Saxoniæ præesse uoluerunt, ordiar. Haud scio cui nam principi tam ampli adhibiti sint honores, cum Archimarsallus imperatoris Romani delector, gladijç aureati antelator Thuringiæ Lantgravius, & Archimandrita Misnæ Margrauius, & Liminarcha decretus sit. Is etsi in tam alto honorum gradu collocatus esset: nō solum Lipsi literarum gymnasium instituit, sed & alterum Erfordiæ conseruauit. Ex castissima uxore sua duos in lucem suscepit filios Federicum & Vuilemum, Federicus patri in ducatu successit, qui hereticorum in Bohemia malleus & seuerissimus persecutor, liberos reliquit Ernestum & Albertum, hi nequaquam & ab auo & patre degenerarunt. Siquidem ille paternis muneribus ornatus, Saxoniæ Dux declaratus est, simulq; Thuringiæ & Misnæ imperauit. Albertus uero iussu Maximiliani, quod ex omnibus imperatoribus ei principatum detulerat, cum exercitu aduersus Morinos (qui & Flandri dicti) & Aduaticos (qui hodie Brabantini) profectus est. Quæ egregia facinora fecerit suo loco exponentur. Ernesto quatuor fuerunt filij, qui primum in lucem æditus est, Federico, delata est dignitas paterna. Alius (quem Ernestum uocant) Archiepiscopus Magdeburgensis munere ac Germaniæ patriarchatu decoratus est. Quis silentio prætereat

IO. GARZONIS EPIST. AD FEDE. DV. SAX.  
prætereat Albertū archiepiscopum Maguntinensem,  
cuius quāta sit autoritas, res ipsa ostendit. Illi adiūcam  
Ioannem principem certe omni uirtutum genere præ-  
stantem: Quid loquar de Georgio fratre tuo, quem de  
Latinis literis optime meritum omnes affirmant: Ex  
quo fit, ut in præsenti parentis munus sustineat. Quid  
de Henrico, qui nullam magis egregiam, q̄z ut sub Ma-  
ximiliani Cæsaris signis militaret, nauare operam po-  
tuīt: Hæc quancq; ita sint, tu tamen antecedis illustrissi-  
me princeps, qui de te grande quiddam polliceris, non  
enim id (quod à fratribus tuis est factitatum) à studijs  
literarum tuum illud singulare ac diuinum ingenium  
seiungendum putasti. Ille ipse Plato à quo omnis Aca-  
demicorum familia emanauit, tum Respublicas bene  
esse arbitratur, si qui eas regant ad literarū studia  
ingenium cōferant. Tantorum principum ac  
tua dignitate, uirtutēq; cōpulsus, Federici  
Magni historiam scripsi, eamq; nomi-  
ni tuo dicaui, quā cum legeris re-  
liquis Germaniæ principibus  
eius legēdæ copiā facies.